



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Elesbaan Conf. 27. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

versa facili patientia superet : pompam mundi secura
mens despiciat : actio tua ad ea, quæ Dei sunt, se occu-
pet : considera quam nihil sit, quidquid fine concluditur.

S. Greg. Registr. l. II. c. 2. 3.

S. ELESBAAN CONF. 27. Octobris.

Non erubescant reges in regem ELESBA-
NV M intueri, & ex ejus vultu, Æthiopis licet,
mores tamen suos componere. Bellum illi grave
erat cum rege altero Dunaano Judaicæ supersti-
tioni addicto. Causæ & Deo fidens, purpuram
quidem pugnaturus exuit, cæterum ingentes ani-
mos induit : quos majores etiam Anachoretæ
nescio quis illi fecit, cum, ut sibi DD. Martyrum
præsidia (optimas utique auxiliares copias) accer-
seret, persuasit. His fretus cum in aciem descen-
disset, et si initio laborare hæc videretur, pugnâ
tamen ad extremum vicit, auspicatissimo D. Ga-
brielis nomine velut militari tesserâ tertium in
aëre conclamato. Adhæc Superi Dunaanum ho-
stem ita deluscre, ut veluti fascinatus catenâ au-
reâ, & se & amicos illigatos venienti ELESBAANO
objiceret : quos quidem victoriæ hi : sacrificatu-
rus eodem ferro omnes immolavit. Sed nunc
triumphum specta Lector. Hunc ecce, triumphali
coronâ Hierosolymam missâ, ELESBAANVS sac-
cum non togam palmatam indutus, & solus ob-
scurâ nocte in montem proximum ducit; casam,
non Capitolium subit; vota victor vovet num-
quam inde egrediendi; jamque triumphales epu-
las pane nudo, herbis ac fontanâ continuat, nulli
hominum visus, uni sibi & Superis notus. Nihil
hæc ad meos triumphos, ait Romulus. Sed sic
triumphantis cælum applausit. Ex Metaphr.

Laquem

Octob.
secura
e occu-
uditur.
ris.

SBAAS
licet,
grave
peristi-
duram
es ani-
oretes
ryrum
accer-
escen-
ougnā
. Ga-
im in
n ho-
â au-
AANO
catu-
nunc
aphali
s sac-
s ob-
asam,
num-
epu-
, nulli
Nihil
ed sic
quem

18. Octob. VITÆ SANCTORVM. 527

Laqueus est in auro, viscus in argento, nexus in pra-
dio, clavis est in amore. Dum aurum petimus, stran-
gulamur; dum argentum querimus, in visco ejus hære-
nus; dum prædium invadimus, alligamur; quin etiam
vulieris decus dum tentat, astringit. Ambros. de
lono mortis cap. 5.

18. SIMON & JUDAS APOSTOLI.
28. Octobris.

Vi primùm debellandum sibi orbem Apostoli
sumpserunt, aliis aliò moventibus, SIMON in
Egyptum, IVDAS verò THADDÆVS frater SIMO-
NIS in Mesopotamiam expeditionem adornavit.
Subactis iis provinciis, in Perside copias junxe-
tunt, missaque iterum sub jugum CHRISTI in-
numerā multitudine, demùm uno codemque
tempore de morte ambo fratres triumpharunt.
quod spectaculum ne Romæ quidē toties trium-
phantī obtigit. Porrò IVDAS dudum antè regem
Edessæ adiit Abagarum (is est qui olim Christum,
cum in vivis adhuc ageret, per amicas literas in
regni societatem evocavit) telam ferens, in quā
vultum sui quām simillimum Servator expresse-
rat: munus profectò etsi ipsum artificem suum
non referret, ab artificis certè manu quām maxi-
mè commendandum. Hoc ubi cubiculo decum-
bentis regis fuit illatum, locum ilicò omnem in-
usitatā luce complevit, mox aspectu suo Abaga-
rum à morbo recreavit, tactu verò persanavit
etiam. In sacris undis cum omni aulâ suâ ablutus
imaginē conspicuo loco venerandā proposuit,
ipse epigraphen, literis auro livenibus, in hunc
fensem adjecit: Spes nulli umquam imponit, quam
quis in te Christe ponit, Recte, ais, Deicessigem in
honore